filium· Tu doles super hedera super quam
non laborasti neque fecisti ut cresceret· cũ
omnia per ipsum facta sint et sine ipso
factum est nihil· Unde quidam locum istũ
interpraetans· ut inminentem solueret
questionem incurrit blasphemiam· Ad
sumens enim illud de euangelio· quid me
dicis bonum nemo est bonus nisi solus dš·
patrem interpraetatus est bonum· filium
uero ad comparationem eius· qui per fe
cte et uere bonus sit in minori gradu po
situm· et non considerauit haec dicens
quod in martionis potius incurreret he
resin· qui alterum dñm tantum bonum·
alterum infert iudicem et conditorem·
quam arrii· qui cum maiorem patrem
et minorem filium praedicet· tamen fi
lium non neget conditorem; Ergo cum
uenia audienda sunt quae dicturi sumus·
et conatus nostri fauore potius et oratio
nibus adiuuandi· quam spernendi aure
maliuola· quia carpere et detrahere
uel imperiti possunt· Doctorum autem
hoc est et qui laborantium nouere sudore·
uel lassis manum porrigere· uel erran
tibus iter ostendere· Dñs noster atque
saluator non ita laborauit isrl̄· quomodo
laborauit in gentium populo; Deniq· isrl̄
loquitur confidenter· Ecce tot annos
seruio tibi et numquam mandatũ tuũ
praeterii· et numquam dedisti mihi

hedum ut cum amicis meis aepularer·
sed postquam filius tuus hic qui deuorauit
substantiam suam cum meretricibus ue
nit· Occidisti illi uitulum saginatum· Nec
tamen confutatur a patre sed clementer
ei dicitur· fili tu semper mecum es et om
nia mea tua sunt· aepulare et gaudere
te oportebat quia frater tuus hic mortu
us erat et reuixit, perierat et inuentus
est· Pro gentium populo immolatus est
uitulus saginatus· et preciosus sanguis
effusus· De quo paulus ad haebraeos le
nissime disputat· Et dauid in psalmo·
Frater inquit non redimet redimet homo;
Decreuit xpc ut ille cresceret· Iste mor
tuus est· ut ille uiueret· Hic discendit
ad inferos· ut illos celos ascenderet; In
isrl̄ uero nullus tantus labor fuit· Un
de et inuidet iuniori fratri quod post
substantiam cum meretricibus lenonib:
q· producltam· recipiat anulum et stola
et polleat pristina dignitate; Quod
autem ait· quae sub una nocte nata est·
significat tempus ante aduentum xpi·
qui mundi lumen fuit· De quo dicitur·
Nox praeterit dies aũt appropinquauit· Et u
na nocte perit· quando obcubuit ei sol iusti
tie· et dispdidere sermo nẽ; Ciuitas uero
nineue magna atq· pulcherrima· ꝑfigurat ec
clesiã in qua maior ẽ numerus quã x tribuũ
isrl̄· quod et fragmenta in solitudine· signifi
cant

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0241